HIERONYMUS
um 836/859 Seite 169r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



adeos qui in captiuitate positi nihilominus
perseuerabant in nequitia prophetae uerba
audire nolentes. nunc ad pastores idest ad
principes sermonem dirigit quorum uitio oues
idest populi dissipatis. et hoc notandum quod
a duodecimo anno decimo mense quinta mensis
transmigrationis siue captiuitatis hiecho
niae et qui cum eo capti fuerant usque ad uicesi
mum et quintum annum quando super montem urbis
aedificatae templum extruitur. et ingredibilia
ecclesiae sacramenta panduntur nullus in me
dio annus nullusque tempus est positum. sed sim
pliciter dicitur. factus est sermo domini ad me
dicens. loquere ad illos. et ad illos et intellegere debea
mus omnia quae leguntur tredecim annis
diuersis dicta temporibus et tamen certa inter
se spatia temporum non habere ad pastores autem
israel sermo dirigitur. quos uel reges et prin
cipes. scribas et pharisaeos ac magistros iudaici
populi debemus accipere uel certe in euan
gelico populo episcopos praesbiteros. et dia
conos aut iuxta mysticos. intellectus. ange
los singularum ecclesiarum ad quos scribit. ioh